



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum  
celeberrimorum iurisconsultorum**

**Canis, Johannes Jacobus**

**Constantia, 1593**

**VD16 ZV 2896**

13. Voluntates vltimas conseruari, natura etiam monet.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

presidia proponerentur, permissa est omnibus hominibus accusatio, si quid videant aduersus testamenti ordinationem, praesertim in pijs causis. l. nulli. in fi. C. de epis. & cler. Et ne pium (ait) defunctorum propositum improba fraudatorum calliditate celaretur, quicquid pro huiusmodi causa à testatore relicta fuerit, vniuersi, qui id quocumq; modo cognouerint, vel in viri clarissimi rectoris prouincia, vel in urbis episcopi notitiam deferendi, liberam habeant facultatem. Nec delatoris nomen suspitionemq; formident: cum fides atq; industria eorum, tam laude quam honestate non careat, ac pariter pietate: cum veritatem in publicas aures lucemq; deduxerint.

Sed ponamus † neminem vnquam tales leges 13  
scripsisse, de conseruanda vltima voluntate: certè natura & Deus insculpsit eas cordibus hominum. Quare & Apostolus argumentatur ab humano testamēto, quod ratū esse oportet: ad testamētū Christi seruatoris nostri. Quae igitur maior possit esse crudelitas, quam extremam voluntatem interuertere,

Sed † quid, si index ecclesiasticus constituat 14  
M 3 executores